



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. V. Qualiter neptis eius vidit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

*Qualiter neptis eius vidit.*

Q Vid referam de patruī illius fi-  
lia, quę Gerbergis nuncupata, Mo-  
nasteriensis cœnobij extitit Abbatis-  
sa? Hęc ergo multa religione ve-  
nerabilis cum beatum virum vnice  
diligeret, & tam pro ipso, quam pro  
subditis frequentium orationum  
excubaret peruigilio, quodam tem-  
pore somno parumper arrepto, vi-  
dit sibi iuuenem vultu sydereo re-  
nitentem, & verba hęc sapius e-  
ius in auribus iterantem: *Locus Ca-  
penbergensis habitationis, quam idone-  
us foret conuentui Spiritualis congre-  
gationis!* Quod illa iocundissimè au-  
diens (iam enim diu id ipsum concu-  
piera) cum Beato viro retulisset, il-  
le prudenter atque humiliter in hęc  
modum respondit: *Neptis dile-  
ctissima, potens est Dominus Deus  
hoc pro suo velle ordinare, nam ego*

A 5 id



IO GODEFRIDI COMITIS

*id per me nequaquam sufficio adimplere. Et reuera diuina hoc prouidentia iuxta verbum eius consequenter adimpleuit, nec beatum virum sui cordis tam pio fraudauit desiderio. Apparuit enim in VVestphalia sub ipso ferè tempore eximium quoddam iubar Ecclesiæ, memorabilis ille Dei præco NORBERTVS, vir mirum admirabilis gratiæ, prædulcis eloquentiæ, summæ continentiæ, informator ac propagator religionis Canoniciæ, seruorum CHRISTI aggregator, cœnobiorum non paucorum fundator, tam habitu quam voce strenuissimus veræ penitentia prædicator, ac per omnia illius prophetici iussione executor, qua dicitur: Parate viam Domini, et stas facite in solitudine semitas Dei nostri. De huius porro vitæ sanctitate, Archiepiscopatus dignitate, sancti quoque transitus felicitate, si quis ad plenum dicere voluerit, singularis profecto libri ad hoc solum*

l. Norbertus.

Matt. 3.  
Isa. 40.

insti.



instituti, magnitudine opus erit. Tanti ergo prædicatoris cum circum-  
 quaque fragraret opinio, vir beatus  
 yna cum germano fratre venerabili  
 Domino OTTONE sitienter  
 præconem salutis adiit, verbum ex-  
 hortationis deuotus accepit, actum-  
 que est Deo miserante, vti etiam præ-  
 fatus OTTO sensim atque grada-  
 tim seculum calcare inciperet, idem-  
 que sanctitatis propositum, quod in  
 beato fratre suo iam dudum emine-  
 bat, arriperet. Quid multis immorer?  
 Vterque paulo post, mutato seculari  
 habitu, tonsuram religionis cum ha-  
 bitu sacræ professionis assumpsit: v-  
 terque sub regula beati AVGVSTI-  
 NI, ac sub obedientia memorati fra-  
 tris NORBERTI, Domino militare  
 deuouit.

## CAP. VI.

*Qualiter omnia reliquerit.*

VIR Deo dignus GODEFRIDVS  
 coniugē suā Friderici Comitis fi-  
 lium